

turæ exiguissimum est; magis, vel minus non mutat speciem, ut Philosophi dicere solent, & si mercatores tenuissimarum rerum, propriè mercatores non essent, frustra Doctores distinguerent inter mercaturam rerum magni valoris, aut tenuis, quoad quæstionem de nobilitate ad Text. in l. nobiliores, Cod. d. comm. & mercat. de qua Stracca, Tiraquel. & Gaito ubi proxime n. 2080.

43 Dato namque quod mercatores dicantur, libros rationum facere tenentur, Text. in leg. 10. titulo 18. d. libro 5. recopil. ubi Matienzo glos. 1. numero 1. cum sequentibus. in quibus linguâ vernacula rationes negotiationis scribantur. Neque aliquis negotiator excusabitur, quia non fecit, cum ex vi legis facere teneantur, nec si dicat cum juramento perdidisse, ut probat Escobar d. cap. 10. numero 4. Ac per consequens cum iste reus in domo Magnatis latitasset, bona consumpsisset, & libros non exhibuisset, conventiones iniquas à creditoribus ex eodem confugio extorquendo, cuncta requisita ad penam accubam adesse certissimum erat, & sic pœna legis locum habebat: præsertim cum nullam fortunæ injuriam ad excusationem proponeret, neque probaret, imò ex actis resulebat quod alexi, baccho, & veneri indulgendo perdidit vixerat.

44 At Aula miris puniendum esse decrevit, non quia de qualitatibus requisitis ad penam ordinariam dubitaret; sed quia pœna commensuranda est delicto, Textus in leg. perspicendum 11. in prin. ff. de penis, l. 8. tit. 31. par. 7. ibi: ca. maior pena deven dar por el grande, que por el pequeño, cum vulgat. Damnum enim creditoribus factum debet habere proportionem cum vita hominis, ut decoctor capitaliter plectatur. Et sic extra ordinem fuit plexus pœna verberum & exillii, sententiâ dici 8. Augusti anni 1567.

CONTROVERSIA XL.

De usurario pacifcente sub prætextu ejus quod interest.

SUMMARIUM.

- 1 Fœnus idem est, ac anima funus.
- 2 Usura est iniquitas detestanda.
- 3 Honoratus Leonardus laudatur.
- 4 Usura definitiones variae.
- 5 Usura in quantum crimen est, in quo consistat.
- 6 Crimen non in sola voluntate consistit.
- 7 Usura omni jure prohibita est.
- 8 Juris divini prohibitio.
- 9 Christus Dominus Consilium in Evangelio proponit mutuandi, sed præceptum non sancit.
- 10 Sanctorum Patrum testimonio probatur hæc prohibitio.
- 11 Juris naturalis prohibitio.
- 12 Usura intrinsecè mala est.
- 13 Naturali ratione distans nemo loquatur potest cum alterius jactura.
- 14 De natura mutui est, ut amplius recipiatur quam numeratum est.
- 15 Usurarius lucrum capit ex re aliena.
- 16 Usurarius abutitur contractis mutui, & jure humanitatis.
- 17 Usura à diversis gentibus reprobata reperitur.
- 18 Romani ante leges Tabularum fœnus pro libidine divitum agitabant.
- 19 Lege Genuecia prohibita fuit omnis usura.
- 20 Jure Digestorum usura tolerata fuit.
- 21 Quales usuras jura Romanorum tolerarunt.
- 22 Centesima, & uncie usura quæ ibid.
- 23 Usurarium excessus puniebatur pœna stellationis.

- 23 Quæ pœna extraordinaria erat.
- 24 Imperatores ad Justinianum usuras tolerarunt.
- 25 Jure authenticorum usura prohibita fuerunt.
- 26 Cesarum recentiorum constitutiones usuras improbarunt.
- 27 Usura tolerata à jure civili, majoris damni vitandi causa.
- 28 Sicut Israëlitis tolerata fuerant.
- 29 Juris Canonici prohibitio.
- 30 Legislatores usuras permittentes, excommunicantur.
- 31 Affirmantes usuras licitas esse, heretici reputantur.
- 32 Pœna juris Pontificii in usurarios remissa ibidem.
- 33 Jure Hispano usura prohibita reperitur.
- 34 Alphonsus XI. Castella Rex hereticale esse usuras exercere lege statutum reliquit.
- 35 Leges, & Doctores Hispani usuras improbant.
- 36 Usurarum pœna, ex lege Hispana.
- 37 Infamia pœna in usurarios dicta, quo jure statuta sit.
- 38 Infamia ab usurario ipso facta incurrenda.
- 39 Sed distingue inter manifestum, & occultum.
- 40 Infamia irrogatur usurario, etiam si in sententiâ mentio illius non fiat.
- 41 Usurarum crimen mixti fori est.
- 42 Fura Hispana imperant judicibus in usurarios animadvertere.
- 43 Et probatio hujus criminis privilegiis juretur.
- 44 Duorum, aut trium testium singularium dicitis, si idonei sint, probatur, & qui tales dicantur.
- 45 Criminis repetendarum probatio, non ita favorabilis juretur.
- 46 Observantia Aula, quoad probationis privilegium.
- 47 Pœna qualis imponatur, ex probatione testium singularium.
- 48 Conventio exigendi quid certum, sub prætextu ejus quod interest, in mutuo, indicium est usura.
- 49 Id quod interest valde differt, ab usura.
- 50 Usura palliari solet sub prætextu ejus quod interest.

- Conventio ejus quod interest suspecta est, etiam si juramento firmetur. ibidem.
- 49 Ratio exigendi id quod interest, ratione lucri, aut damni ex diversa causa oritur, sed eisdem ferme regulis arbitratur.
 - 50 Damni recuperatio favorabilior est, quam lucri cessantis persequutio.
 - 51 Damni emergentis recuperatio, non clauditur terminis. ibidem.
 - 52 Lucrum cessans boni viri arbitrio regulatur.
 - 53 Favorabilior in jure, qui certat de damno vitando.
 - 54 Id quod interest in facto, non in jure consistit.
 - 55 Certum in conventionem deducere pro eo quod interest impossibile, quia modo plus, modo minus, interdum nihil apparet.
 - 56 Judicis est arbitrari quantum cujusque interest, juxta factum probatum. ibidem.
 - 57 Taxatio certa quantitatis pro eo quod interest ab initio contractus, illicita est, præsertim in mutuo.
 - 58 Text. in l. fin. de Prætor. stipulat. expenditur. ibidem.
 - 59 Taxatio prædicta expresse improbat.
 - 60 Præsertim si habetur respectus, ad quantitatem debitam.
 - 61 Et conventio fiat de successivo interesse, ad rationem foris.
 - 62 Conventio facta in principio contractus in tantum sustinetur in quantum factum probatur.
 - 63 Licet in foro interiori aliter teneant Theologi, qui judicant per hypothesein.
 - 64 Probato facto, præsumptio cedit veritati.
 - 65 Constitutio Pii V. improbat conventionem in ipso contractu.
 - 66 Dispositio hujus constitutionis comprehendit mutuum.
 - 67 In contractu census non debetur pretium, sed redditus, qui sunt res vendita.
 - 68 Reddendum ratione, quia vera fors sunt, debetur id quod interest, ex mora. ibidem.
 - 69 Idem Pius V. prohibuit conventionem de re certa pro interesse in Cambio. ibidem.

- 65 Majus periculum usurarum reperitur in cambio, quam in mutuo. Sed verius majus periculum usura adest, in mutuo quam in censu, ibid.
- 66 Taxatio ejus quod interest, nullo jure potest pertinere ad contrahentes. Debitores necessitate oppressi, consentitur quidquid creditor optat, ibidem.
- 67 Voluntas mutuatarii non excusat à dolo creditorem usurarium. Voluntas debitoris, usuras solventis est, sicut projicientis merces in mare, periculo tempestatis compulsi, ibidem.
- 68 Creditor non potest sibi ipsi legem dicere.
- 69 Judici interdicitur sententiam ferre de re ad se spectante.
- 70 Estimatio ejus quod interest, pendet ex facto. Facti probatio respectu ejus quod interest difficillima, ibidem. Et ita nulla lege defini potest, ibidem. Facere is ad quem pertinet, quod lex facere non potest, fraudem arguit, ibidem.
- 71 Pars non creditur licite facere, quod iudex difficilliter decernere valet. Iudex in estimatione ejus quod interest, tenetur sequi minimum, ibidem.
- 72 Contrahentes non possunt facere licitum, quod ex se illicitum est. Periculum imminens potest in conventionem deduci sicut jactum retis, sed estimari arbitrio prudentis, non partis, absque suspitione, ibidem.
- 73 Conventio ejus quod interest licita esse potest in dote promissa.
- 74 Et in re fructifera vendita, habita fide de pretio.
- 75 Et in eo qui habet paratam pecuniam ad luendum censum. Et pignus sub usuris datum, ibidem.
- 76 Conventio ejus quod interest, an licita esse possit in eo, qui paratam habet pecuniam ad reficiendam domum.
- 77 Damnum quod subsequi potest in domo reficienda incertum est.
- 78 Damni emergentis nomine, creditor non potest capere plusquam revera
- passus est. Ob semel emergens damnum interesse successivum non debetur, ibidem.
- 79 Si domus pereat, dum aequa peritura esset, nihil ratione damni deberi potest.
- 80 Damni refectio debetur, si evenerit culpa, & factio debitoris.
- 81 Damnum quod debetur, est resultans ex mutuo.
- 82 Creditor habens pecuniam, damnum evitare tenetur, alias sibi imputet.
- 83 Limita, si pecunia quam habet, eget ad necessitates occurrentes. Fraudes usu frequentes in probatione facti, ut interesse deberi appareat, ibidem.
- 84 Lucri cessantis interesse debetur ex mutuo, si concurrant qualitates necessariae.
- 85 Qualitates istae, qua sint. In mutuo omne lucrum prohibitum est ex sui natura, ibidem.
- 86 Mutuus si tractat de lucro captando, eo ipso suspectus de usura redditur.
- 87 Mutui ratione, neque solutionem quis ultra sortem aucupari valet.
- 88 Mora debitoris requiritur, ut interesse lucri cessantis debeatur.
- 89 Non autem quod mutuum fiat, invito debitore.
- 90 Mora quid sit remissio.
- 91 Creditor ut lucrum licite exigere possit ex mutuo, debet esse solutus negotiari.
- 92 Solum debet habere pecuniam destinatam ad negotium, juxta personae qualitatem. Nobiles viri, cui negotiationi pecuniam destinasse est verosimile, ut lucrum capiant, ibidem. Testi inverosimilia deponenti, non creditur, ibidem.
- 93 Pecunia quando dicatur destinata negotiationi. Pecunia asseruari solita, non est destinata ad negotiationem, ibidem.
- 94 Hi quibus interdicta est negotiatio lucrosa, ut Clerici, & Judices, nihil capere possunt, sub pretextu lucri cessantis.
- 95 Occasio proxima lucrandi probari debet, ut simile interesse debeatur.

- 96 Leotardi opinio, quoad hac distinguentis examinatur. Occasio proxima requiritur in eo, qui non solet negotiari, & in mercatore rerum exteriarum; in eo vero qui Tabernam publicam habet sola consuetudinis probatio, ibidem.
- 97 Interesse lucri cessantis, quo pacto arbitrarari debet.
- 98 Aula praxis quoad modum arbitrandi.
- 99 Detrahere aliquid de sorte tempore contractus, usura palliata est.
- 100 In mutuo quidquid in obligationem deducitur ultra id quod numeratum est, usura censetur.
- 101 Debitor decipitur in computo ejus quod interest, quando aliquid de sorte detrahitur.
- 102 Usurarum usuras prestare iniquissimum est.
- 103 Usura ab usu pecunie denominatur.
- 104 Detrahere aliquid de sorte sub quavis praetextu, jure civili prohibitum erat.
- 105 Usura palliatur sub specie venditionis, si res carius vendatur habita fide.
- 106 Et sub specie emptionis, si ex anticipata solutione res viliori pretio acquiratur.
- 107 Usura committitur, si res vendatur habita fide, ut statim venditor emat viliori pretio, quod Moatra dicitur, apud nos.
- 108 Antichresis quid, & quo jure permittatur.
- 109 Antichresis jure Hispano tanquam usura palliatio prohibetur.
- 110 In Antichresi reprobanda, si sub specie emptionis fiat, multum operatur arbitrium.
- 111 Antichresis sub specie mutui, quae apud nos dicitur à Gozar, y gozar frequentior, & improba.
- 112 Usura committitur sub specie depositi.
- 113 Mutuum sub specie depositi celebratur.
- 114 Depositum factum negotiatori cum facultate utendi, ut lucrum participet, an sit species societatis.
- 115 Societas leonina, quae dicitur.
- 116 Simile depositum, vel societas punibilis est.
- 117 Sub specie cambii usura palliatur.
- 118 Cambium justificatur ex litterarum reali transmissione, & transfusione pecuniarum.
- 119 S. Pii V. Constitutio, & Doctores de ea tractantes.
- 120 Cambia sicca, quae dicuntur.
- 121 Cambium siccum est, quando solutio facienda est in eodem loco.
- 122 Et quando litterae mittuntur ad locum ubi dator scit accipientem non habere pecunias, neque sperare.
- 123 Et quando litterae, non interveniunt.
- 124 Cambia nundinaria prohibita sunt intra Regna Castellae.
- 125 Cambii nundinalis detestanda natura.
- 126 Cambiorum natura machinationibus nummulariorum obscura facta est.
- 127 Judicium criminale requirit probationes meridiana luce clariores.
- 128 Deploranda calamitas Valentinarum ex abusu in cambiis.
- 129 Ratio permissionis Cambiorum in Regno Valentiae hodie cessat.
- 130 Cambia quae Valentiae exercentur, ferè omnia sicca sunt.
- 131 Cambiorum causa justificativa, quae sit.
- 132 Mercator qui dat pecunias in uno loco, ut in alio recipiat, tenetur solvere labores, & impensas.
- 133 Dans ad Cambium ea intentione, ut pecuniam recuperet cum lucro, in eodem loco usuram exercet.
- 134 Lucrum non amittit, & sic nihil ei debetur ratione lucri cessantis.
- 135 Cambii natura consistit in reali commutatione pecunie.
- 136 Et ea cessante Cambium siccum, & palliata usura exercetur.
- 137 Princeps nequit dispensare, neque aliquid constituere, in materia usurarum.
- 138 Pontifex pariter dispensare in his non potest.
- 139 Consuetudo nihil potest immutare in materiam usurarum.
- 140 Praxis Aulae in puniendis usurariis ex dictis resultat.

Foenus idem esse, quod funus animae, dicere solebat Alphonsus V. sapientissimus Aragonum Rex, ut refert Antonius Panormitanus libro 3. de

de dict. & fact. ejus. numero 34. & post eum Benedictus Carpovius in pract. crimin. parte 2. questione 91. numero 3. five funus civitatis, ut ait Dorleans ad Tacit. libro 6. ann. not. 1. relatus à domino Larrea dictione Granatensi 24. numero 11. & merito, quia sanctus Ambrosius super librum Tobia capite 25. dixit, nihil interesse inter scœnus & funus, inter mortem & sortem: nam scœnatores ab eis usuras exigere volunt, quos nec putant esse crimen occidere, ut notat Julius Pacius ad tit. Cod. de usur. numero 65. seu verius, quia scœnatores causa immediata censentur necis Reipublicæ, & ipsi dum substantiam cumulare contendunt, animas suas ad funus æternum destinant. Quia usura est iniquitas detestanda, crimen atrox, bellua immanis, atque scœcunda, peccatum gravissimum, origo malorum, atque nutrix calamitatum. Materia igitur, quam ministrat, adeo fertilis est, ut tractatum integrum desideret; sed cum doctissimè, & recenter scripserit Honoratus Leotardus, & quæ in suo tractatu deficere poterant ad interpretationem nostratum legum tradiderint Dom. Covarruvias, Joannes Gutierrez, Don Joannes Castillo Soto major, Alphonsus Narbona, Thomas Carleval. & Gaspar Hermosilla in locis inferius citandis; solum attinere de re erit ea quæ ad praxim nostræ Aulæ tradendam conducere videntur.

Usuræ varias definitiones tradunt Doctores, quas breviter complectuntur doctissimus Valentinus, Pater Michaël Salon tom. 2. in 2. 2. sancti Thomæ, questione 78. articulo 1. circa principium, & Paulus Layman in Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. tract. 4. capite 16. numero 1. & 2. Leotardus d. tract. de usur. quest. 11. num. 2. eam definit dicens quoddam usura est accessio sortis debita ex solo tempore tardæ solutionis. Quam definitionem latissimè explicat per numeros sequentes. Sed melius, meo quidem iudicio, definiverat dominus Covarruvias libro 3. variar. cap. 1. numero 1. ibi: *Quidquid sortis accedit ex pacto, vel spe precedentis.* Idem tradunt Salon ubi proximè vers. Divus Thomas. Egidius Trullench. lib. 7. decal. cap. 19. dub. 2. numero 2. & Castro Palao de just. & jure tractatu 31. de just. commut. disputat. 4.

punct. 8. numero 3. Et quamvis idem dominus Covarruvias, dicto capite 1. numero 2. vers. usura igitur, aliter usuram, in quantum crimen est, definitur, ita ut dicatur: *Voluntas capiendi ultra sortem lucrum aliquod temporale, vi, & causa mutui principaliter.* Re accuratè inspecta hæc secunda definitio potius congruit causæ criminis quam ipsi crimini usuratum. Quia voluntas lucrandi efficit quoddam usura committatur; non autem est usura. Et licet crimen non sit, nisi voluntas nocendi intercedat, ut Imperator Antoninus rescipit in l. 1. Cod. ad legem Corneliam, de sicar. crimen non in sola voluntate consistit, sed in effectu subsequuto, ob quod nuda voluntas delinquendi punibilis non est, Text. in leg. cogitationis 18. ff. de pœn. Quare Cato apud Gel. libro 7. notitium Aticar. cap. 3. dicebat *neminem qui male facere voluit, plecti æquum esse, nisi quod factum voluit, etiam fecerit.* De quo videndus Cujacius libro 8. observat. cap. 21. & quæ notavimus supra controvers. 32. per tot. præcip. numero 21. cum sequentibus. Nam adhuc in atrocioribus; voluntas, seu affectus non punitur, nisi ad actum proximum deducatur. Quod in crimine usuratum fieri non potest, nisi lucrum exigatur, aut aliquid extra sortem in stipulationem, vel pactum deducatur. Sed omnes hæc definitiones ad concordiam acutè reducit Salon loc. citat.

Hoc detestabile crimen omni jure reprobatum reperiri tradunt innumeris Doctores utriusque literaturæ, relati per Cenedum in collect. 41. Decretal. numero 1. August. Barbof. in collect. ad cap. 2. de usur. numero 2. Castillo libro 2. controvers. cap. 1. numero 11. Hermosillam in leg. 10. titulo 1. glos. 4. numero 2. & in leg. 31. titulo 11. glos. 2. part. 5. Don Joannem Baptistam de Larrea dictione Granatensi 84. numero 5. & allegat. fiscal. 23. numero 25. Oleam de cess. jur. titulo questione 12. num. 26. & Leotardus questione 2. per tot. Joan. Paulum Melium, post hæc scripta habitum quot. obser. for. observat. 147. numero 12. Ex Theologis Salon dicta questione 78. articulo 2. controvers. 1. Castro Palao dict. punct. 8. numero 5. Trullench. dicto capite 19. dubio 2. numero 4. Fragoso de regim. Reipub. Christ. part. 1. disput. 4. numero 286. & noviter Didacum Avendaño

Avendaño in Theaur. Indic. tom. 1. titulo 9. capite 3. numero 19. Sed ut omnia clariùs percipiantur, & varietas scribentium præ manibus habeatur, ad intelligentiam nostræ praxim cuncta attingere decrevi.

Jure divino prohibita reperitur usura pluribus sacrorum scripturarum testimonio in libro Exod. capite 22. vers. 25. in Psalm. 14. vers. 5. in Psalm. 54. vers. 12. in cap. 18. Ezechiel. vers. 8. & in pluribus aliis veteris Testamenti libris. Neque in sacrosancto Evangelio deest testimonium hujus veritatis; nam Luca cap. 6. vers. dicitur: *Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes.* Quibus verbis licet Præceptor, & Dominus Jesus-CHRISTUS, respectu dationis mutui consilium proponat, respectu prohibitionis usuratum præceptum dedit, ut docet divus Thomas 2. 2. q. 78. artic. 1. ad 4. quem omnes Theologi sequuntur. Hæc sacre pagine testimonia relata reperiontur in cap. consulti, capite quia in omnibus, & cap. super eo, de usur. ut notat dominus Covarruvias dicto capite 1. numero 5. vers. jure divino. Et idem docuerunt Patres Orthodoxi Ecclesiæ, ut sanctus Basilius Magnus in dicto Psalm. 14. Sanctus Gregorius Nazianzenus homil. 4. in Ecclesiast. Sanctus Augustinus in narrat. psalm. 36. parte 3. ad princip. Sanctus Hieronymus in dicto cap. 18. Ezech. Sanctus Joannes Chryostomus homilia 40. super cap. 27. Genes. Sanctus Thomas dicta questione 78. & alii plures adducti per Doctores, ut Barbofam dicto numero 2. Leotardum dicta questione 2. numero 39. quorum etiam meminit Antonius Faber in Cod. lib. 4. titulo 24. definitione 8.

Jure naturali sic statutum est, ut Aristoteles solo rationis dictamine ductus, dixerit lib. 1. politic. cap. 7. ibi: *Natura opus est alimenta genito præbere. Cuique enim, ex quo generatur, ex eo alimentum relinquatur. Ita secundum naturam est parandi studium omnibus, ex fructibus, & animalibus. Cum verò, & hæc sit duplex, ut diximus, & altera pecuniaria altera disciplinæ rei familiaris; & hæc quidem necessaria, & laudabilis; illa verò translata, & merito improbanda, quia non secundum naturam, sed ab hominibus acquirunt, rationabilissimè habetur odio ipsa nummularia: quoniam à nummo ipso facit*

acquisitionem, & non ad quod inductum est: Sic similiter & fortè clariùs lib. 4. Ethicor. cap. 1. ad fin. disputando de scœnatoribus, & parasitis, ait: *Eos enim qui grandia unde non oportet, & quæ non oportet, accipiunt, ut tyrannos civitates expugnantes, & templa expoliante, non illiberales, sed impij s, sed æniciosos, sed injustos potius appellamus.* Unde intererunt Theologi, quoddam usura habet intrinsicam malignitatem, tanquam oppositam rectè rationis naturalis dictamini. Quod primò probatur, quia ratio naturalis suadet quoddam improbum reputetur ex nummo sterili sui natura, nummum gigni, Text. in leg. usuras 121. ff. de verbor. significat. leg. 2. princip. & S. 1. ff. de usufr. ear. ver. que us. conf. ibi: *Quo Senatusconsulto non id effectum est, ut pecunia, usufructus proprie esset, nec enim naturalis ratio auctoritate Senatus commutari potest.* Idem fermè dixit Justinianus in §. constituitur, insit. de usufr. explicant Petrus Gregorius libro 22. syntagm. capite 3. numero 8. Jacobus Cuiacius in dicta leg. usuras, in princip. dominus Covarruvias dicto capite 1. numero 5. Et quamvis scœnus, quasi foetus dicatur, est tamen infelix, & spurij partus, cum sit rei quæ partum habere non potest, ut peracutè dixit Paulus Layman dicto libro 3. tractatu 4. capite 16. numero 1. & cum eo Ferdinandus Castro Palao d. disput. 4. punct. 8. num. 1. ad fin.

Secundò quia jus naturæ non patitur, aliquem locupletari cum jactura aliena, Text. in leg. jure natura 206. ff. de regul. jur. Quem Textum de scœnatore, & usurario interpretatur cum Lactantio & aliis Petrus Faber in eadem lege 206. numero 12. Idem probat Textus in leg. nam hoc natura 14. ff. de cond. ind. Qui enim centum dat mutuo, ut viginti ultra centum recipiat, cum jactura proximi locupletari desiderat, contra naturam actionis, quam exercet: quia de natura mutui est, ne amplius recipiatur quam numeratum est, leg. si tibi decem. 17. in princip. ff. de patris, cum aliis notandis infra numer. 86. cum sequentibus. Et ex re aliena lucrum capere est pariter contra jus naturale, quia non patitur quod unus lucretur pretium, dum alius rem ut propriam in usu habet, ut docet dominus Covarruvias dicto cap. 1. numero 5. & post eum

Salon dict. *controvers.* 1. *asser.* 2. Castro Palao *punct.* 8. numero 6. Fragos. *d. disputat.* 4. numero 286. Pecunia enim mutata ex vi contractus statim fit accipientis *dict. leg.* 2. §. 1. ff. *de reb. credit. cum vniq.* Et cum usura sit pretium usus, ut probat Dominus Covarruias *d. capite* 1. *in prin.* cum aliis adductis infra numero 101. concluditur quod dans capitale lucrum rei alienæ, & pretium usus ipsius rei.

15 Tertio quia licet usura ad alios contractus extendi possit, ut probate intendit Leotardus *d. questione* 1. numero 7. Verius est quod sub illorum specie palliatur, ut patet ex his quæ notantur infra ex numero 105. (quibus adhuc in Sententia Leotardi mutuum celebrari apparet sub specie emptionis, venditionis, depositi, societatis, & Cambii) præcipuam sedem habet in mutuo, ut Dominus Covarruias, & cuncti scribentes sciunt. Mutuum autem ex sui natura est officium ab humana charitate procedens, gratuitum, & ab affectu amico dimanans, & ad usum temporis necessarii exhibetur, ut ex Nônio Marcellino notat Cusac. *lib. 11. observat. capite* 37. Unde creditor qui ultra sortem aliquid extorquet, abuteretur contractui, & rem præclaram iure humanitatis institutam, ad utilitatem inopum, in necem & perniciem eorundem convertit; & necessitate pressos lædit, ac rodit sub specie beneficii, quod ratio naturalis detestatur, ut prudenter perpendit Leotardus *d. questione* 1. numero 17. & ante eum dixerat Salon *d. conclusio* 3. Quare apud plurimos populos, gentes, & Regna, quantumvis lumen æternæ veritatis non accepissent, fœneratitia pravitas reprobata, & prohibita reperitur, ut testantur Menochius *de arbitrar. cas.* 398. ex numero 5. Julius Clarus *libro* 5. *receptar. sentent.* §. *usura*, numero 3. Petrus Gregorius *dict. capite* 3. numero 15. Leotardus *d. questione* 2. numero 4. & 15. cum sequentibus quod pariter tradunt Sigonius, Alexander ab Alexandro & Herodius statim citandi.

18 Jura Romanorum si ante *leges* 12. *Tabularum* joste serotemur, apparebit quod fœnus pro libidine divitum agitabatur. Sed cum id seditionibus animum præbuisset, eis legibus cautum fuit, ne quis unciario fœnore amplius

exerceret. Et quanquam anno ab *ante* *con. d. 287.* lata esset lex Tribunitia ad semiunciarium fœnus reducens, postea lege Genucia cautum fuit, ne fœnerato liceret. Quæ probantur ex Livio *libro* 7. & 10. *Historiar.* Taciti *libro* 5. *annal.* Carolo Sigonio *libro* 2. *de antiquitatibus juris civitatis Rom.* capite 11. Alex. ab Alex. *libro* 1. *dierum genualium capite* 7. ubi Tiraquellus, Petro Herodius rerum judicatarum *lib.* 4. *titulo* 10. *capite* 1. *in fin.* Balduino *ad leg.* 5. *Annul. ex numero* 9. Jacobo Revaldo *ad leg.* 12. *Tab. capite* 18. Petro Gregorio *d. libro* 21. *synagoga. capite* 3. numero 18. Castillo *d. capite* 1. numero 13. & Domino Larrea *d. decis.* 84. numero 11. & 21. At nequitia fœnerantium ipsas leges superante, & tempore consultorum, laxata ea prohibitione usura tolerabantur, cum temperamento, & moderamine, ut probat Textus *in leg. in prin. leg. pecunie* 9. *in prin.* & §. 1. *l. usuras* 20. *l. quod in stipulatione* 31. *leg. penam* 44. ff. *de usur.* *l. si non sortem* 26. *in prin. ff. de condit. indubit.* De quo latissime per Brisson de *formul. libro* 6. §. *pecunia autem mutui.* Quales fuissent usurae, quæ ea tempore tolerabantur, tradunt idem Brissonius *ibidem.* Jacobus Cusacius *in l. 1. ff. de nautic. fœnor.* Revaldus *in leg. non debet* 41. §. *in re obscura. ff. de regul. jur.* Dionysius Gothofredus *in d. leg. penam* 44. sed latius Petrus Gregorius *d. capite* 3. numero 28. *per plures sequent.* Qui usque ad centesimam, sive unciariam, hanc tolerantiam, extendunt. Unciariam dicebant, quia unciam in quocumque mense reddebat, habita ratione ad assem, quæ ex duodecim mensibus complebatur. Et centesimam, quia id quod pendebat, centesimo mense sortem æquabat, non centesimo anno, ut perperam Balduinus *in dict. leg.* 5. numero 17. dixerat. Si autem in aliquo excessus comprobabatur, civiliter poena quadruplici puniebatur, ut ex Catone *de re rustica* & aliis probant Sigon. & Balduin. *ubi proximo*, criminaliter autem poena criminis stellionatus, per Textum *in leg.* 3. ff. *eo titulo.* Docent Julius Clarus, *dict. §. usura*, numero 5. Menochius *de arbitrar. d. cas.* 398. numero 16. & 40. Balardus ad Clar. *ubi proximo*, numero 17. & 14. Don Ludovicus Peguor. *decis.*

24 An verò per Imperatores hoc jus abrogatum fuisset, & usura omnino prohibita fuissent disputant Scribentes, varia tradendo. Sed usque ad tempus Justiniani toleratas pariter fuisse concluditur per Textum *in leg. quamvis* 8. *l. si ea pactione* 14. *leg. cum frumentum* 16. *leg. Constitutiones* 20. *leg. eos.* 6. §. 1. *Codice de usur.* Nam ipse Justinianus effrenatam libidinem fœnerantium temperare desiderans, modum in *d. leg. eos* imposuit, ut notat Dominus Covarruias *d. capite* 1. numero 6. *vers. ego sanè*, & post eum Leotardus *d. questione* 2. numero 41. Sed jure authenticorum omnino prohibitas fuisse ab eodem Justiniano, œcumenicas Synodos amplectente, infertur ex *Authentica de Ecclesiast. titul. in prin. Collatio* 9. ut notat *glos. in authentic. ad hæc Codice de usur.* & *glos. Canonice. in capite quia in omnibus, verbo multi, de usuris.* Et hanc conclusionem communem dixi Abbas *in c. cum sit, de sor. competent.* Et licet de ea dubitet ipse Dominus Covarruias *d. vers. ego sanè* Urgent rationes Abbatis ab ipso Covarruias traditæ *vers. procedentis*, quas latius recenser Don Joannes Vela *d. capite final.* numero 6. Et si recentiorum Principum constitutiones inspiciamus, clarissimè liquet eas omnino prohibuisse Leonem, & Basilium, ut probant Cusacius *in dict. leg.* 20. *Cod. de usur.* Antonius Fab. 20. *error. pragmat. decal.* 10. *error.* 1. numero 1. & *in Codice libro* 4. *titulo* 24. *definition.* 2. numero 5. *in not.* & Leotardus *d. quæst.* 2. numero 31. & 33. qui eorundem constitutiones ad litteram tradit. Et his clarè resultat, quod post legem Genutiam jus civile Romanorum usuras non tam permisit, quam toleravit: Sic eleganter dixit Antonius Faber *dict. titulo* 24. *definit.* 36. numero 5. *in not.* ibi: *Hoc ideo verum est nullas usuras permissas esse, etiam jure D.D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.*

25 Civili, sed tantum toleratas, quod longe diversum est. Sic dicimus concubinatum jure civili toleratum esse, non permissum leg. 3. ff. *de concubin.* Sicut pariter Israelitis usura tolerata fuisse, ratione majoris periculi vitandi, ut docet Divus Thomas 2. 2. *question.* 78. *articulo* 1. ad 2. & referunt accuratè Michaël Salon *dict. articul.* 2. *controvers.* 2. & Trullench. *dict. libro* 7. *decal. capite* 19. Dubravius 2. numero 5. aliis relatis Josephus de Rosa post hæc scripta editus *Conf.* 50. numero 7.

Pontificium jus, non solum usurariam nequitiam prohibet, & in fœneratores severissimis poenis animadvertere sanxit, verum etiam Principes, ac Legislatores usuras permittentes gladio excommunicationis percudit; & denique affirmantes cum obstinatione usuras licitas esse, ut hæreticos damnat. Textus *in cap. quid dicam* 14. *questione* 4. *capite* 1. *c. quia in omnibus cap. super, cum pluribus sequentibus de usur.* *capite* 1. & 2. *de usur. in 6.* Clement. *unic. eodem titulo.* Docent plures adducti per Cenedum *dict. collect.* 41. Augustinum Barbosa & alios citatos supra numero 7. Fragos. *dict. disputatio.* 4. numero 287. cum sequentibus Castro Palao *dict. tractat.* 32. *disputat.* 4. *punct.* 30. & cuncta colligendo tradit Leotardus *dict. questione* 2. n. 38. cum sequentibus & questione 100. *per tot.* In qua latissime tractat de poenis Canonicis, in usurarios statutis; quare in his transcribendis non immoramur, quia ex nostratibus Covarruias, Gutierrez, Paz, & Salcedo omnia quæ explicatione egent in locis citatis exponunt.

Hinc cuncti Reges, & Principes Catholicam religionem proficentes, in suis regnis, & ditionibus, usuras sub gravioribus poenis prohibitas habent; quorum plures recentent Doctores superius laudati, præcipue Leotardus *dict. questione* 2. numero 42. inter quos nostros Catholicos Hispaniarum Reges enumerat. Quorum Alphonsus XI. Castellæ, & Legionis Rex Pontificiam Constitutionem contentam in *d. Clement. unic.* insequendo, lege specialiter sanxit, hæresim sapere hoc crimen, Textus *in leg.* 5. *titulo* 19. *libro* 8. *Ordinam.* ibi: *es caso de heregia.* Sed quomodo hoc accipiendum sit explicat Didacus Perez *in glos. ejus Textus verb. dicitur a Dd logro,*

logro, Habemus namque in jure Hispano quam plures prohibitiones usurarum, Textus in leg. 5. titulo 2. libro 4. for. leg. 1. 58. titulo 6. l. 10. & 12. titulo 19. part. 1. leg. 31. titulo 11. part. 5. leg. 4. titulo 6. part. 7. leg. 1. & 8. titulo 2. libro 8. Ordin. dict. leg. 5. titulo 19. ejusd. libro 8. & leg. 4. & 5. titulo 6. libro 8. recopil. Quas leges explicant Dominus Gregorius Lopez in dict. leg. 31. glos. 2. & in d. leg. 4. glos. 15. Latè Didacus Perez in Rubrica, & in dict. leg. 1. & 8. titulo 2. libro 8. Ordin. Azevedo in leg. 1. 4. & 5. dict. titulo 6. Villadiego in leg. 4. titulo 5. libro 5. for. judic. Dominus Covarruvias d. libro 3. Var. cap. 3. per tot. Cantera in quæst. crimin. titulo de usuris, capite 8. numero 50. Avendaño de exeg. mandat. part. 2. capite 29. ex numero 1. Joannes Gutierrez. de juram. confirm. parte 1. cap. 2. ex numero 1. & in pract. crim. quæstione 78. cum sequentibus, Don Joannes Vela d. cap. fin. numero 12. Bobadilla libro 2. politic. capit. 17. numero 40. Pichar. in mand. ad prax. part. 3. §. 4. numer. 215. Bernar. Diaz. in prax. canon. cap. 88. ubi Ignac. Salcedo & Dominus Solorzano de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. capite 14. numero 112.

34 Poena autem per nostras leges imposita, est amissio foris, quæ parti veritatem facienti applicatur, & tantumdem, cujus tertia applicatur accusatori, residuum fisco, quæ irrogantur pro primo delicto, sive facto. Pro secundo augetur poena ad amissionem medietatis bonorum, & pro tertio omnia bona publicantur, quibus poenis additur infamia, ut expressè habetur in d. leg. 4. & 5. titulo 6. libro 8. recopil.

35 Quæ quidem infamia jam imposita erat in d. leg. 4. titulo 6. part. 7. Sicut jure civili per Textus in leg. improbum factus 30. Cod. ex quibus caus. infam. irrog. leg. non poterit 63. ff. de furt. junct. c. si quis 10. 14. quæstione 4. nam sceleratores latronibus, & furibus peiores sunt, Carpz. d. quæst. 92. numero 2. Leotar. d. quæst. 2. numer. 3.

36 Et jure Canonico c. infames, §. porro, vers. aliquando 3. quæstione 7. c. infames 6. quæstione 1. c. inter dilectos de excess. Prælat. cum aliis traditis per Leotard. d. quæst. 100. num. 40.

37 Hujusmodi infamia nota, ipso facto usurariis irrogatur, ut notat Dominus Covarruv. d. c. 3. n. 1. & Greg. Lopez d. l. 4. glos. 15. Gutier. in pract. crim. q. 80.

n. 6. & quæstione 81. numero 7. Avendaño d. capite 29. numero 1. Didacus Perez in d. rubr. titulo 2. libro 8. Ordin. pag. 25. glos. verb. en las penas. Azevedo in d. leg. 4. numero 1. & in leg. 5. numero 5. Vela d. cap. fin. numero 12. Fragofo d. disputatio, 4. numero 2. & Pichardus d. §. 4. numero 125. apud quos plures & plura circa materiam reperies. Neque refragatur Leotardus d. quæstione 100. numero 41. Quod sine dubio procedit in sceleratore manifesto: in occulto verò, Sententia judicis desideratur, juxta mentem omnium Doctorum. Sed ita intelligendum opinor, ut effectus juris in eis exequantur; non ut ipsi ex facto ipso infames non maneant, adeo ut si hæc labe opponatur ad repellendum aliquem à dignitate, vel à testimonio ferendo, exclusi manebunt verificata ista qualitate, etiamsi non fuerit forniciter usurarius pronuntiatus. Et moveor, quia lex nostra omnes usurarios sub sua dispositione complectitur, sicut ex verbis ipsius percipitur. Aula enim nunquam in Sententia de infamiae poena mentionem facit; sed cum legalis sit consequitur condemnationem Textus in leg. 1. §. quorum, ff. ad Senat. Conf. Turpilian. ibi: *quamvis nihil de pana subjeceris, tamen legis potestas adversus eum exercebitur.* Sed, o bone Deus: quot, quantique sceleratores rapacissimi, in honore habiti reperuntur!

Et licet Doctores plurimum laboraverint in agitanda quæstione de competentia judicis in hoc crimine usurarum; prævaluit sententia eorum, qui tenent crimen hoc mixti fori esse, ob quod uterque iudex in sceleratores insurgere potest, docent Cachereanus decision. Pedemont. 137. numero 6. Farinacius quæst. 8. numero 134. & sequent. Tiber. Decian. d. capite 26. numero 3. Petrus Barbosa in leg. Titia, numero 46. ff. resolut. matr. Pereira de man. reg. part. 2. capite 56. numero 41. Menoeh. d. cas. 298. numero 31. Peguer. d. decision. 30. numero 19. Caball. d. capite 188. numero 1. Guazzin. d. defens. 1. capite 11. numero 12. Gratian. discip. 14. numero 21. Augustinus Barbosa in c. post miserabilem, numero 4. de usur. Leotar. quæstione 94. numero 9. & d. quæstione 100. numero 78. Fragofo d. disput. 4. numero 283. & 285.

In

In jure nostro habemus expressum Textum in leg. 36. titulo 6. libro 3. recopil. & in d. leg. 4. titulo 6. libro 8. quo Reges nostri necessitatem imponunt iudicibus inquirendi, atque puniendi summam adhibita vigilantia, eo in crimine, quo in casu res extra dubium est, ut omnes tenent. Docent hanc sententiam ex nostratibus Covarruvias d. c. 3. numero 1. Aviles in capite 50. Prator. verb. usuras, numero 1. Humada in d. leg. 58. titulo 6. part. 1. glos. 1. numero 1. Matienzo in leg. 9. titulo 18. libro 5. recopil. glos. 2. Suarez de Paz in pract. tom. 2. preclud. 2. numero 26. Salced. ad Bernar. Diaz. dict. cap. 88. lit. C. Cantera d. cap. 8. numero 46. & sequentibus. Gaspar. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæstione 4. numero 121. Bobadilla d. libro 2. politic. 17. numero 40. & cap. 19. num. 8. Azevedo in d. leg. 1. num. 56. cum sequentibus. Gutier. d. quæstione 80. numero 6. Patet Molina de just. & jur. disputat. 333. in prin. Quare hoc jure urimur, & quotidie in Regis tribunalibus cause usurarum agitantur, & desinitur.

41 Quamquam tot juribus usura prohibita reperitur, in tuoque poenis persecuta sit, avaritia quæ mortalium corda tyrannicè dominatur, frequenter fraudes excogitat, machinationes molitur, technas instruit, dolos machinatur, ut poenas eludat, leges evadat, & scelus improbum cunctis non obstantibus exerceat. Ad hoc præcludendum Reges nostri non solum poenis relatis usurarios plecti jubent, verum etiam quia crimen difficile probatu est, cautum habent in d. l. i. tit. 2. lib. 8. Ordin. & in d. l. 4. tit.

42 6. lib. 8. recopil. quod probati valeat per depositiones duorum, aut trium testium singularium, qui dicant se ab aliquo recepisse sub usuris, dummodo ex sua depositione commodum aliquod non capiat aliquis ex eis, & sint ejus qualitates; ut iudex fidem deferat concurrentibus adminiculis. De cujus specialitatis interpretatione tractant Dominus Covarruv. d. cap. 3. num. 5. Gotierrez d. quæst. 80. n. 15. Didacus Perez in d. l. 1. glos. verb. se pueda probar desta guisa Azevedo in d. l. 4. n. 52. & quæ notavi supr. contr. 2. num. 26. & sequentibus respectu

43 deoneitatis similium testium Et quo ad testes singulares aliqua dixi respectu criminis reperundatum, cui hujusmodi privilegium concessum est: in d. DD. Laur. Matthen, de Re Crim. Pars I.

parte contr. 1. num. 15. & 26. Sed cum hac distinctione; nam in crimine reperundatum juxta l. 6. titulo 9. lib. 3. recopil. Ubi Azevedo, tres testes singulares expresse requiruntur; in crimine autem usurarum duo sufficient, dicitur in dicta lege 4. & notant Dominus Covarruvias d. cap. 3. num. 5. vers. hinc profecto, Joann. Gutierrez dict. quæst. 80. numero 11. vers. ideo consultissime: Sic namque in praxi per Aulam observatum vidi; nam quoties duorum, aut trium testium depositiones habebantur, ex quibus resultabat aliquem sub usuris mutuasse pecunias, vel alias res ex fungibilibus, si honestæ conditionis erant, & neque accusaverint, vel aliud commodum reportare ex dictis tentaverint, junctis adminiculis, fides eis adhibebatur, non ut poena ordinaria amissionis quantitatis, & tantumdem, sed poena extraordinaria imponerentur, ut docent Covarruv. d. numero 5. vers. ex quibus, & Gutier. d. quæst. 80. numero 15. quia in similibus speciebus, cum unus quisque deponat de quantitate sibi mutuata, singulæ quantitates non remanent sufficienter probatae in suo genere, ut poena legalis pro qualibet imponatur: sed arbitraria ex probatione in genere per legem qualificata. Sic definit Aulia in causa cujusdam divitis, qui arbitrariè punitus fuit, ex duorum testium integræ fidei depositionibus concurrente tanquam adminiculis alterius testis depositione, cui objectum minuens fidem probatum fuit, & aliquibus de diffamatione.

Inter indicia, vel præsumptiones, quæ magis in his causis urgent, & frequentius disputandæ veniunt, ad comprobationem usurariæ pravitatis, ea est, si in contractu mutui ab initio conventio fiat de aliquo certo præstando, sub prætextu ejus quod interest, sive dicatur ratione lucri cessantis, sive damni emergentis, habito respectu ad fortem. Nam licet verum sit, quod id quod interest valde differt ab usura, Textus in leg. 2. in fin. ff. de eo quod certi loco leg. socium qui 60. §. 1. ff. pro socio, leg. illud 29. ff. de edil. edict. Docent Navarr. in comm. de usur. numer. 46. Gaspar. Rodrig. de ann. redd. d. lib. 3. q. 4. n. 12. Don Joann. Castille, lib. 2. contr. cap. 1. n. 15. Leotar. q. 72. n. 41.

Dd 2 alijs

Aliis relatis Rofa *dict. consulti. 50. numero 7. & 8.* Plerumque sub prætextu ejus quod interest usura palliatur, ut cum Baldo, Panormitano, Ancharrano, Alexandro, Romano, Decio, Paulo Castrensi, Silvano, Craveta, Rolando, Salon de Paz, Mandello, Peregrino, Menochio, Felino, Cagnolo, Rebuffo, Palacios, Rub. Petro Barbosa, Antonio Gabriël, Berraz, Carroz, Thefauro, Gail, Mascardo, Tuscho, Tepato, Graciano, Gregorio Lopez, Petro Gregor. Ambros. Pignate. Joan. Gracian. Ploro, Lupo, Gutierrez, Joann. Dilect. Stracca, Felicio, Gaspar Rodriguez, Mariano Freccia, Hevia Bolaños, Pascuale, Scaccia, Grassi, Colero, Vivio, Marta, Bellono, Cavalcano, Gamma, Mastrillo, Peguera, Mohedano, Rota Romana, Farinacio, Casaneo, Didaco Perez, Mozio, Hermostilla & Camillo de Medicis probat. Thomas Carleval. *de jud. tom. 2. titulo 3. disputat. 8. sectio. 6. numero 79.* Quibus addendi Nata *conf. 490. numero 7. & Castillo dict. capite 1. num. 18.* Quia similis conventio in mutuo non differt ab usura, ut statim probabitur, sed quia hæc aliqua explicatione egent, liceat aliquantulum innotari.

49. Quamvis enim ex diversa causa oriatur ratio exigendi pro damno, vel pro lucro, & inter se plurimum differant, ut docet Baldus in *leg. omnes populi, numero 55. ff. de just. & jur. Michael Salon. dict. questione 72. artic. 2. controvers. 1. in princ.* Scaccio de *commerciis §. 10. questione 7. part. 2. ampliat. 8. numero 271. cum sequentibus.* Eisdem ferme regulis, consistunt Textus in *leg. si commissum 13. ff. rem rat. hab. leg. si vero, §. si mihi, ff. mandat. leg. 2. in fin. de eo quod cert. loc. leg. un. Codice de sentent. qua pro eo quod inter. notat alius relatis Leorardus questione 30. numero 28.* Licet negari non potest nota differentia respectu, exactionis, quia interesse damni emergentis, tanquam favorabilius non clauditur terminis legitimarum, ut dicunt, usurarum, cum ratione ejus debeatur quicquid damni secutum fuit, culpa, & factio debitoris, *dict. leg. unica. §. in aliis. ibi; ut hoc quod re vera inducitur damni, hoc reddatur. maxime si damnum intrinsecum sit; Textus in leg. sterilis. 21. §. cum per vendi-*

51. *orem, Digest. de action. empt. Neque excedat duplum in casibus certis, dicta lege unica* notat Antonius Faber in *Cod. libro 7. titulo 16. defn. 2. numero 10. in not.* Quod autem dicatur intrinsecum vel extrinsecum explicant relati per Castillo *dict. capite 1. numero 23. & sequentibus. Hermostilla in dict. leg. 10. titulo 1. part. 5. glos. 4. numero 15.* lucri vero cessantis interesse, boni viri arbitrio regulandum venit per Judicem, ita ut ad exiguam quantitatem reducatur, Textus in *leg. in pratoris 9. leg. ultim. in fin. ff. de prator. stipulat.* Ratio autem hujus differentie est, quia favorabilior semper judicatur, qui certat de damno vitando, quam qui de lucro captando Textus in *leg. non debet 41. §. 1. ff. de regulis juris.* Ubi Pertus Faber, Revardus, & Cujacius; Antonius Faber in *Codice dict. libro 4. titulo 24. defn. 8. numero 4. in not.* Hermostilla *dict. glos. 4. numero 19.* & ex Theologis Michael Salon ubi proxime, & controvers. 9. circa principium, vers. ex his sequitur, cum duobus sequentibus. Et cum utrumque interesse consistat in facto Textus in *leg. quatenus 24. ff. de regulis juris nihil certum in pactionem, vel stipulationem deduci potest, quia modo plus, modo minus, & interdum nihil interest l. procurator 8. in fin. rem rat. habet. l. si quis 13. ff. de re judic.* Et cum factum pendeat à futuro eventu, de quo nulla potest esse certitudo, non potest taxari tempore contractus, quia contractantes non sunt divinatores, neque Prophetæ, ut accuratè perpendit Carleval. *dict. disp. 8. sect. 5. n. 80.* Ob quod iudicis est arbitrari ex probationibus quantum cuiusque interfit *l. in pratoris 9. ff. de Prato stipul. l. iudicatum 9. ff. iudic. solvi* cum similibus adductis per Leorardum questione 1. numero 14. & 31. questione 72. numero 1. questione 74. ex numero 1. questione 75. numero 8. cum sequentibus. & questione 76. numero 36. & cum Avendaño, Gaspar. Rodriguez, Cencio, Scaccia, Azor, Emanuele Rodriguez, & Rebello, Hermostilla *dict. glos. 4. numero 30.* Flores de Mena in *addit. ad Gam. decision. 110. numero 3.* Neque his obstare potest Textus in *dict. leg. final. ff. de prator. stipulat. ibi; commodus est certam summam comprehendere, quoniam plerumque difficilis probationis est quanti cuique interfit.* Nam in eo Text. Venule-

52. jus loquitur de stipulationibus conventionalibus à iure permittis, quales sunt istæ quæ ad instar actionis habentur, & ut sit nova actio intercedunt, ut de legatis, tutela, rem ratam haberi, & damni infecti. Textus in *leg. 1. §. 2. ff. eod. titul. non autem in re suspecta, & ex se prohibita, qualis est aliquid ultra sortem pacisci in mutui datione, contra naturam ipsius contractus.* Ob quod quorics sub prætextu ejus quod interest, quid certum in pactionem deducitur ex mutui contractu usura simulati præsumitur, & committi crimen improbi scenoris, ut aliis adductis probat Carleval. *dict. section. 6. numero 99.* Neque ea quæ traduntur à Dominico Gaito in *tract. de credito & camb. capite 2. titulo 7. numero 1702 cum sequentibus.* nostræ assertioni opponuntur. Quia præterquam quod contractum tenent Doctores ab ipso citati numero 1686. & plures alii adducti per Carleval. *dict. sect. 6. numer. 79.* qui numero 86. cum sequentibus. demonstrat quo ex his quos pro sua sententia Gaitus laudat, aliqui eam non firmant; omnibus adæquatam repositionem præbet ex numero 100. per plur. sequent. & in summa ille loquitur de substantia pacti in Cambio, dum agitur civiliter, quod subsistit concurrentibus requisitis ab eo propositis, quorum tertium est probatio facti, ut asserit numer. 171. Nos autem de indicio resultante ex dicto pacto, dum probatione facti non eliditur, ut explicabitur *infra numer. 61.*

53. Ratio autem propter quam suspicio oritur ex simili, conventione est, quia taxatio ejus quod interest in initio contractus, præsertim in mutuo, illicita reputatur, ut tenent omnes relati *suprà n. 48.* quando in ea taxatione habetur respectus ad quantitatem debitam, non ad id quod interesse potest, ex accidentibus futuris, quæ incerta sunt, & varia Textus, in *leg. si Kalendas 11. ff. de re judic. leg. si quis stipulatus sit 112. in fin. ff. de verbor. obligat.* Cujacius in *dict. leg. unic. C. de sent. pro eo quod inter. Carleval. d. sect. 6. n. 8.* Pactum enim de successivo interesse pro ratione fortis præstando, solo nomine differt ab usura, Roman. *conf. 150. num. 8.* Nara *conf. 417. numero 3.* Grassi *decis. 1. tit. de usur. numero 2.* Peguet. *d. decis. 30. numero 6. & 7.* Riminald. *conf. 118. numero 92.* DD. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars 1.

Peregrin. *conf. 85. numero 10.* Bimius *conf. 137. per 101.* Mascard. *d. concl. 924. numer. 25. & 26.* Rota apud Farin *decis. 325. n. 1. part. 2.* Mart. *vor. 165. num. 3.* ex nostratis Dominus Covarr. *d. lib. 3. c. 4. num. 5.* Gaspar. Rodrig. *d. lib. 3. quæst. n. 40.* & Carleval. *d. sect. 6. num. 81. cum sequentibus.*

54. Et quamvis plures teneant licitum esse, deducere in pactionem in simile interesse à principio contractus, quos cumulat Carleval. *d. sect. 6. num. 85.* Hoc assertum procedit in foro interiore, ad quem non requiritur probatio facti, cum in eo iudicetur, per hypotheseim, nempe secundum ea quæ proponuntur, quæ habentur pro veritate, cum alias ipse proponens decipiatur à se ipso *2. tua nos de sponsal.* Panorm. Felin. Covarr. Menoch. Suarez, Vasquez, Molina, & alii apud Carleval. *d. sect. 6. numer. 75. & 78.* In foro exteriori similis conventio in tantum justa est, atque subsistit, in quantum aliunde de facto constat, ut tenent omnes Doctores laudati *suprà n. 48.* & adducti per Carleval. *d. n. 78.* quibus addendi Gutierrez in *pract. crim. q. 89. num. 2.* Ant. Faber in *C. d. lib. 4. tit. 24. defn. 36. n. 12. in not.* Hermostilla *d. glos. 4. numer. 33. 37. 40. & 103. cum seqq.* Leorard. *d. g. 72. num. 9.* Joan. Paul. Melius *de obser. 147. ex num. 4.* Et sic suspecta remanet conventio de usura palliata sub nomine interesse, & nullius momenti censetur, nisi in quantum factum probatur, nec mutuatarius tenetur nisi quatenus dampnum subsecutum fuit, vel lucrum amissum, sic tenuit Salon. *dict. contr. 8. dub. quæ conditiones servanda, vers. secunda est.* Tufchus, Gaspar Rodriguez, Mascard. & Covarruvias apud Hermostillam *ibidem numero 304.* Castillo. *dict. capite 1. numero 47. cum sequentibus.* Carleval. *dict. sect. 6. numero 80. & 95.* Neque ex eo quod postea factum probetur resultare potest, quod conventio suspecta non sit, ut tradit Hermos. *dicta glos. 4. numero 347. cum sequentibus.* Sed quod similis præsumptio elidatur per probationem supervenientem, quia tunc præsumptio cedit veritati. Textus in *leg. divus ff. de in integ. restitut. ut cum Baldo, Alexandro, Purpurato, Graciano, Rebuffo, Surdo, & Laderch. probat Leorardus, dict. questione 72. numero 11.* Larrea *allegat. 15. numero 27.*

55. Ulterius quia has conventiones certæ Dd 3 quanti